

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Eloquentia fortitudine praestantior. Emblema CLXXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Eloquentia fortitudine præstantior.
EMBLEMA CLXXXI.



ARCVM leua tenet, rigidam fert dextera clauam,
Contegit & Nemees corpora nuda leo.
Herculis hæc igitur facies? Non conuenit illud
Quòd vetus, & senio tempora cana gerit.
Quid quòd lingua illi leuibus traiecta catenis,
Queis fissa facile is allicit aure viros?
Anne quòd Alciden lingua, non robore Galli
Præstantem populis iura dedisse ferunt?
Cedant arma toge, & quamuis durissima corda
Eloquio pollens ad sua vota trahit.

COMMENTARII.

- I. **H**ERCULES pingendus est cano capillitio, ielle leonina indutus, sinistra manu arcum, ac dextera nodosam suam clauam gerens; cuius lingua traiecta est multis catenulis, quæ ad aures copiosæ turbæ ducuntur, eamque quasi trahere videntur, sicut scitè singula describemus ex Luciano. Sed hanc figuram hic cælator per summam inficitiam deprauauit, aurem fissam Herculi, linguam auditoribus catenulis

na traiectam exprimens, per turpissimum
 ὕπερον πρότερον.

II. *Typus Emblematis ex Luciani Hercule.*
 H Æ C ἀγριανογραφία Hercules
 expressa est Luciani quadam præfatione,
 qua ostēdit Celtas, id est, Gallos, olim Her-
 culem ἑρμίου nominasse, eumq; eloquen-
 tia sapientiaq; Deum existimasse. Apud
 quos ita effingebatur, vt senex, caluus &
 rugosus, inculto capite & glabro, cuius-
 modi seniores nautas marinos videmus:
 adhuc leonino tergo indutus, dextera cla-
 uam tenens, acum sinistra, pharetram ex
 humero pendulam habens; confertissimam
 quandam hominum multitudinem tra-
 hens catenulis ex auro & electro tenuissi-
 mis, linguæ suæ extremitate perforata in-
 fertis, eamq; non inuitam, sed vterq; sequen-
 tem, imò etiam hilares omnes, nec villo mo-
 do resistentes, vt huic assentiri videas, du-
 centem se Deum laudibus efferentes. Id
 nihil aliud indicabat, quam Herculem elo-
 quentia & fortitudine præstantem, dissipat-
 os olim Gallos & effraetos, ad iustitiam,
 & mitiorem vitam vitæ viribus eloquen-
 tia reduxisse: cutus facti tam insignis hi-
 storiam mendax Græcia figmentis est per-
 secuta, & ad atrocium stupenda facinora
 postea conuertit, atq; ad suum Herculem
 Iouis ex Alcmena filium retulit, quod Her-
 culi Gallo, diuinæ cuiusdam naturæ viro,
 propter sagacitatem, prudentiam singula-
 rem, & admirabilem eloquentiam peculia-
 re fuit. Putant nonnulli ex philologis, au-
 ctiores haudquaquam aspernandi, Gallos
 veteres fuisse φιλῆλληνος, hoc est, vt Mi-
 nos interpretatur, Græcæ non modò lin-
 guæ, sed & doctrinæ peritos: idque primò
 ex C. Cæsare confirmant, priuatim publi-
 ceq; Græcis literis vsos olim Gallos: &
 in castris Heluetiorum tabulas repertas
 Græcis elementis conscriptas. Masiliētes
 quidem loquutos Græcè, Strabo Geogra-
 phus primi nominis testatur, quo tempore
 incorrupta esset minimèque confusa Pho-
 censium colonia. Nec verò prætermittunt
 Druidas illos veteres religionis Gallicæ an-
 tistites, quos iisdem fuisse disciplinis imbu-
 tos atque sophos Græciæ, memorant. Imò
 etiam coniecturis quibusdam nō inanibus
 asseuerant, disciplinam Semnotheorum,
 Druidarum, Bardorum, Saronidarum, ve-
 tustissimorum in Gallia doctrinæ omnis
 liberalis professorum, multis ante sæculis
 apud Gallos floruisse, quam Cadmus è

Phœnicia venisset in Græciam: quam ad re-
 probandam citant Aristotelem in Magico,
 qui ait Philosophiam à Celtarum Sem-
 notheis duxisse initium, & Galliam fuisse
 magistratam Græciæ. Ioannes quoque An-
 nius in Berosum (nisi me nomen Berosi fal-
 sit) de regibus Babyloniar, tradit Græcos
 à Gallis literas habuisse: apud quos quàm
 domestica fuerit eloquentia, pluribus con-
 tendit Budæus r. De asse, & maximè
 Commentarijs in Pandectas ad l. r. De
 seru. corrupt. §. Quod ait prætor. Longum
 esset percensere, quàm doctus & eloquen-
 tissimis hominibus iam olim Gallia mul-
 tisq; sæculis abundarit: hoc vnum adijcio,
 quòd nullū numen maiore quondā religio-
 ne cultū apud Gallos, quam Picho fuerit,
 quæ Suada siue Suadela est Romanis, illa
 vna non temerè dicta Ennio *flexanima*, id
 est, ψυχάγωγος. Colligimus etiam ex vetu-
 stioribus literarum monumentis, præcos
 Gallos doctrinæ & facundia gloria fuisse
 insignes, eos inquam, qui florere tempo-
 ribus priorum Galliæ principum, Samo-
 this, Magi, Saronis, Bardi, Lōgonis, Ceitis,
 Herculis, Galatis, Albonij, Lugdi, Belgij:
 ij enim memorantur inter eos, qui legibus
 & moribus populum Gallicum excolue-
 runt. Et id quidem de Gallorum veterum
 cultu & disciplina eò est ignotius quò à
 paucioribus traditum fuit, quia vel nihil
 aut parum admodum posteris reliquerunt
 maiores illi Galli; aut quia suam doctrin-
 am non scriptis, sed per manus consul-
 tō tradidi voluerunt. Sed nunc audiamus
 ipsium Lucianum sua loquentem lingua:
 Ἰὼν ἠρακλῆα οἱ κελροὶ ἔγμειον ὄνομα ζῆσι
 φωνῆ τῆ ἐπιχωρία. τὸ δ' εἶδος τῆ βία πά-
 νυ ἀλλόκοτον γάρ εἰσι γίγαντες ἐν αὐτοῖς
 ἰς τὸ ἕτατον, πολὺς ἀκρίβως, ὅσαι λοι-
 παὶ τῶν πειχῶν, ῥυσός τὸ δέσμα, καὶ δια-
 κεκαυμένος ἰς τὸ μελάντατον, οἷοί εἰσιν
 οἱ θαλαπῆργοι γίγοντες. ἀλλὰ καὶ τοῖς
 τὸς ἀνέχει ὄμιος τὴν κεκοινῆ ἠρακλῆος.
 καὶ γὰρ τὴν διοθίραν ἐνήθησε τὴν τῶ λιογ-
 τος, καὶ τὸ ῥόπαλον ἔχει ἐν τῆ δεξιά, καὶ
 τὸν γαρυτὸν παρήτηται. καὶ τὸ τὸ ζῆν
 ἰτεταμένον ἢ ἀριστέρα προδεκνυσι, καὶ
 ἔλας ἢ ρακλῆς ἰσι. καὶ τοὶ τὸ παραδόξο
 τατον ἐδίπα ἔφην τῆς εἰκόνας. ὁ γὰρ ἀπὸ
 γίγαν ἠρακλῆς ἰκείνος ἀνδρώπων παμ-
 πολύτι πλῆθος ἑλληνικῶν ὄντων ἀπαν-
 τας δεδεμένους. δεσμάδ' εἰσιν οἱ, σερρεῖ
 λεπταί, ζῆσοῦ καὶ ἠσίκτες εἰργασμένοι,
 ἔρμεις

Quid Hercules illo Galli- cus.

Galli ve- teres sa- pientia Græca pe- riti.

Galli elo- quentia studiosi.

Locus Lu- ciani de Hercule Gallo.

ἔμοιγε ἰσικύβια τοῖς καλλίβοις· καὶ ὄρωμαι
 ἀφ' ἑστέος ἀδενδρῶν ἀγρόμοις, ἵτε δρασιδὸν
 βυλευέσι, δυνάμενοι ἄν, ἰνυμαρῶς, κατε
 ὄλος ἀντιτείνουσιν, ἢ τοῖς ποσὶν ἀντερεί
 δασι, φρὸς τὸ ἰνατῖον τῆς ἀγροῦς ἰζυ
 πτιάζοντες, ἀλλ' αὐφαιδρῶι θπονται, καὶ
 γενηδότες, καὶ τὸν ἀγροντα ἰπαινεύτες,
 ἰπειρόμενοι ἀπαντες, καὶ τῷ φθάνει ἰδι
 λειν τὸν δεσμὸν ἐπιχαλῶντες, ἰσικότες
 ἀγροδραστομένοις, εἰ λυθῆσονται. ὁ δὲ
 πάντων ἀτοπώτατος εἶναι μοι ἔδειξεν,
 ἐκ ὀκνήσω καὶ τὸτο εἶπεν. ὃ γὰρ ἔχων ὁ
 ζωγράφος, ὃδεν ἰξάξει ταῖς σειραῖς τὰς
 τῶν δεσμῶν ἀρχάς, ἀτε τῆς δεξιᾶς μὲν
 ἦδη τὸ ῥοπαλοῦ, τῆς λαῖκᾶς δὲ τὸ τῶρον
 ἰχρῶσι· τρυπήσας τοῦ θεῦ τὴν γλαῦπαι
 σκραν, ἰξ' ἐκείνης ἰλκομένους αὐτὸς ἰποῖν
 σε, καὶ ἰπερραπῆαι γε εἰς τῆς ἀγομῆνης με
 δίων, ταῦτ' ἰγὰ μὲν ἰτὶ πολυ εἰσθεκν
 ῖραν καὶ θαυμάζων, καὶ ὄρωμαι, καὶ ἀγα
 νακτῶν κελτὸς δὲ τίς παρῆσός ἐκ ἀπᾶ
 δευτοῦ τὰ ἡμέτερα, αἰε εἰδείξεν, ἀκοιῶσ
 ἰλλάδα φωνῆν ἀφῖσις, φιλόσοφος, αἰμαῖ,
 τὰ ἐπιχῶρια, ἰγὰ σοι, ἔφη, ὃ ξῖρε, λυ
 σω τῆς γραφῆς τὸ ἀνιγμα. πάνυ γὰρ
 παραπτομῶν εἰκας φρὸς αὐτὴν, τὸν
 λόγον ἡμῶς οἱ κελτοί, ἔχ' ὡσπερ ὕ
 μεις οἱ ἄλλητες, ἐομῆν οἰόμεθα εἶ
 ναι, ἀλλὰ ἠρακλῆ αὐτὸν εἰκάζομεν,
 ὅτι παραπολυ τὸ ἰρμὸ ἰχρῶτερος εἶτος,
 εἰ δὲ γήρων πεποιῖται, καὶ θαυμάσιος
 μόνος γὰρ ὁ λόγος ἰν γῆρα φιλεῖ ἰντελῆ
 ἐπιδεικνυσθαι τὴν ἀμῆν, εἶγε ἀλνδῆ
 ὕμῶι οἱ ποῖνται λίγυσιν, ὅτι αἰ μὲν τῶν
 ἐπλοτῖρων φρίνες περὶδονται, τὸ δὲ γή
 ρος ἔχει τὴν λίξωτων νῖαν σοσώτερον, ὅτω
 γῖτοι καὶ τὸ ἰσρορος ὕμῖν διαρρέει ἰκ τὴν
 γλαῦπαι τὸ μέλι, καὶ οἱ ἀγορήτα τῶν
 τρωῶν τὴν ὄπα τὴν λειριόεσσαν ἀφῖδων,
 ἰνυαθῆ τινα λείρια γὰρ καλεῖται, ἐγὲ
 μῆμνημα, τὰ ἀνθῆ, ὡσε εἰ τῶν ὄτων
 ἰνδεσμένους τῆς ἀνδρόπεος φρὸς τὴν
 γλαῦπαι ὁ γήρων εἶτος ἠρακλῆς, ὁ λό
 γος ἔλκει, καὶ δὲ τὸτο θαυμάσιος εἰδῶς
 τὴν τῶν ὄτων καὶ γλαῦπαι συγγῖναι.
 εἰ δ' ὕβρις εἰς αὐτὸν, εἰ ταυτῆ τετρῶπι
 ταὶ μῆμνημα γούν, εἶση, καὶ κομινῶν
 τινῶν ἰαμβέων, παρ' ἡμῖν μαθῶν, τοῖς
 γὰρ ἰάλοισ ἰξ' ἀκρου ἢ γλαῦπαι πᾶσιν
 ἰξ' τετρωπηνῆν. τὸ δ' ὄλον, καὶ αὐτὴν
 ἡμῶς τὸν ἠρακλῆα λόγῳ τὰ πάντα ἡγῶ
 μεθα ἰξεργάσασθαι, σοφὸν γενόμενον,
 καὶ περὶ τὰ πλείεα βιάσασθαι, καὶ τὰ
 γε βίλη αὐτῆ, οἱ λόγοι εἰσιν, σῖμα.

ἀξίς κριθεύομαι, καὶ ταχέως, καὶ τὰς συ
 χὰς τιτρώσκοντες. πτερόεντα γούν τὰ
 ἰπῆ καὶ ὕμεις φατὶ εἶναι. Hoc est: Her
 culem Galli Ogmion lingua propria no
 minant: eius autem Dei simulacrum mon
 strosum & absurdum representant. Ap
 ud eos senex est, inculta glabraque ca
 nisia, obrugata cute, & nigro admodum
 colore, ut marinos nautas esse comperitum
 habemus: atq; eiusmodi cum sit, tamē Her
 culis cultum gerit. Amictus enim est tergo
 ve leonū, dextra clauam tenet, pharetram
 humeris appatam, sinistra protensum arcum
 pratendit, denique omni ex parte Hercules
 est. Verum quod in imagine admirandum
 maxime mihi visum est; senex ille Hercu
 les consertissimam quandam hominū mul
 titudinem trahit, omnes auribus vincitos:
 Vincula sunt tenues quadam catenula au
 ro electrove fabrefacta, spirulis collaribus
 pulcherrimi similes. At hi certe tam exili
 bus vinculis ducti, ne de fuga quidem cogi
 tant, tametsi facile possint: nec omnino resi
 stant, aut pedibus in diuersum renituntur
 quasi resupinantes, sed hilares latiq; suum
 duicorem lundant, sponte festinantem om
 nes, ut studio praenueniendi laxa etiam vin
 cula relinquunt, perinde ac tristes futuri, si
 eiusmodi vinculis eximantur. Quod autem
 absurdissimum mihi visum est, non pigebit
 referre. Cum enim pictori reliquum iam
 nihil esset, unde catenarum exiti emittates in
 neciteret, dextera nempe claua serenda occu
 pata, sinistra vero arcu tenendo, summam
 Dei linguam porterebratam esse voluit,
 ex eaq; religatis catenis eos trahi fecit: ipso
 nimirum ad eos qui ducebantur, se conuer
 tendo arridebat. Hac ego quidem cum diu Gallus
 consistendo essem contemplatus, admirabur
 Hercules, basitans & indignans, Gallus quispiā, Philoso
 phi tum forte adorat, haud quide ignarus phus, lin
 rerum nostrarum; ut qui in linguam Gracā qua Gra
 exacte doctus esset, Philosophus, ut opinor, ca gna
 ex his, qui in Gallica sunt regione: Ego tibi, rus.
 hespes, inquit, pictura huius explicabo rati
 onem: videris enim nonnihil hac in re con
 turbari. Nos itaque Galli sermonem & ora
 tionem nom, ut vos Graci, dicimus esse Mer
 curium, sed Herculi eam tribuimus, quod
 hic Mercurio longe robustior fuerit. Quod
 autem senex fugatur, non est quod mirere
 Solet enim eloquentia in senectute demum
 suum omnem vigorem ostendere, si modo eloqui
 vera sunt qua Poeta vestri dixerunt: Inip
 tum mentes instabiles & volucres esse, senect
 uto.

† al. ὕ
μῶν.



Quam autem doctus scire dicere, quam
 inuenit ipsa possit. Hinc certe ex Nestoris
 lingua fluere mel à vobis dicitur, & Troia-
 norum Oratores floridam quandam vo-
 cem emittunt, id est, liriosam: nam liria
 quantum commemorari, vocantur flores. Pro-
 inde quod auribus homines ad linguam vin-
 ctos trahit senex ille Hercules, id est sermo:
 non est quod mireris, cum scias linguam au-
 riumque esse cognationem. Neque verò ad con-
 tumeliam illius hoc dicitur: meminim enim,
 ait, iambos quosdam comicos à vestris didi-
 cisse: Loquaribus extrema in parte omnibus
 lingua est pertusa. Caterum opinamur Her-
 culem oratione omnia perfecisse, virum qui-
 dem sapientem, qui persequendo facundiam
 quamplurima subegerit: siquidem tela ip-
 sius acutus, ceruos, celes, & animas saucia-
 tes sermones interpretamur: hinc enim pen-
 nata verba vos etiam dicitur. Et hæc
 Lucianus. Idem paulò alijs verbis reddi-
 tum reperit apud Sanctium, imò pluribus
 quam hic Græcus contextus habet; quæ
 omnia huc adijcere visum (quoniam nõ
 dubito tædiosum fore) ne quis labore suo
 frustratum conqueri possit. Herculem Gal-
 li lingua gentis vernacula Ogmium vocant:
 porrò Deum ipsum noua quadam atque inu-
 sitata figura depingunt. Descriptus est apud
 Æolos, recubans, reliquis capillis, si qui reli-
 qui sunt, planè canis, cuta rugosa, & in-
 aterrimum exusta colore, cuiusmodi sunt
 nauta istius senes. Charontem potius aut
 Tapetum quempiam ex ijs, qui apud inferos
 versantur, diceret. In summa quiduis
 potius quam Herculem esse coniceret ex
 imagine. Atque tali specie cum sit, tamen
 Hercules ornatum gerit, ut qui tum leonis
 exuvium indutus sit, tum clauam dextra
 teneat, tum pharetram humeris aptatam
 portet, tum arcum tenens laua prætendat,
 denique modis omnibus Hercules est. Hæc
 equidem arbitrabar in Græcicorum Deo-
 rum contumeliam perperam facere Gal-
 los, quum eum eiusmodi fingerent effigie,
 quo vimirum illum talibus picturis vici-
 sceret, quod olim in regionem ipsorum
 prædam agens id temporis, cum Geryonis
 armenta vestigans, occidentaliū gentium
 plerasque regiones peruastaret. At nondum
 etiam dixi id, quod erat in imagine maxi-
 mè nouum & mirandum: siquidem Hercu-
 les ille senex ingentem admodum hominum
 multitudinem trahit, omnibus ab antre re-

vinculis: porrò vincula sunt eorum à tenuis
 auro electroque confecta, pulcherrimis istis
 monilibus adsimiles. Atqui cum vinculis
 usque adeo fragilibus ducantur, tamen nihil
 de fugiendo cogitant, cum aliqui commodè
 possent, neque profus obnuntur, aut pedibus
 aduersus trahentem obtendant, sese resuspi-
 nantes, veram alacres ac lati sequuntur,
 ducentem admirantes, vitro festinantes om-
 nes, & laxatis funiculis etiam anteuertere
 studentes, perinde quasi grauius latrari, si
 soluerentur vinculis. Nec l'ud qui dem-
 pigebit referre, quod mihi videbatur omnium
 absurdissimum. Etenim cum non inueniret
 pictor, unde catenularum summas ansas
 uelaret, videlicet dextera iam elauam, la-
 ua arcum tenente, summam Dei linguam
 porterebrauit, atque hæc veligatis catenu-
 lis eos trahi fecit: ipse nimirum ad eos, qui
 ducebantur, vultum & oculos conuertebat
 arridens. Hæc ego cum diutius assistens es-
 sem contemplantus, admirans, hæsitans, indi-
 gnus, Gallus quispian, qui propius astabat,
 nostratium literarum nõ indoctus (id quod
 declarauit, quum Græcicam linguam
 absolutè sonaret) philosophus, opinor, ex eo
 genere philosophorum, quod apud eos esse
 fertur: Ego tibi, hebes, inquit, pictor a istius
 anigma explicabo: nam videre vehementer
 ad eam ætonitus & stupefactus. Oratio-
 nem nos Galli nequaquam arbitramur esse
 Mercurium, quemadmodum vos Græci, ve-
 rum Herculi illam tribuimus, propterea
 quod hic Mercurio longe robustior extiterit.
 Nam quod senex fingitur, nihil est quod
 mirere: siquidem una facundia consuetum
 in senectute demum absolutum vigorem in sen-
 ostendere, modo verum vestri dicant poeta: Et
 Obduci iuuenem densa caligine pectus:
 Contra senectam posse quiddam dicere
 Rudi iuuenta melius ac præclarus.
 Hinc videlicet apud vos & Nestoris lingua
 melle profluit, & Troianorum concionato-
 res liriosam edunt, videlicet quandam vo-
 cem; nam liria, si satis commemorari, flores
 appellantur. Proinde quod ab auribus vin-
 ctos ad linguam trahit senex hic Hercules,
 qui non aliud, quam ipse est sermo, nec id
 quidem debes admirari, qui quidem non
 ignores, lingua cum auribus esse cognatio-
 nem. Neque verò ad contumeliam illius il-
 lud pertinet, quod ea pertusa est: nam me-
 mini, inquit, & iambicos quosdam versicu-
 los à comædijs apud vos discere. Siqui-

Alio ver-
 sio.

Homines
 vinculis au-
 ribus.

Hercules
 eloque-
 tia.

Siqui-

Siquidem viris loquacibus

Extrema lingua perforata est omnibus.

Quin de eodem in summa hanc habemus opinionem, ut quidquid egit, id oratione faciendiq; consecisse putemus. utpote virum sapientem, ac persuadendo plerq; sibi subegisse: iam tala illius nimirum rationes sunt acuta, missiles, cita, atq; animam sauciantes: unde pennigera dicta vos quoq; nominatis. Hæc ille. Refert quoq; Cæll. Rhodigian. lib. 6. antiq. lect. cap. 7. & fufius Budæus in Pandectas priores.

III.

ARCVM laeva tenet &c.] Idem omnino cultus, eademq; figura ac Hercules illius, quem poëta: Græci leonis exyvio, clava, & aliis armis instructum faciunt.

Leo Nemeæus ab Hercule accisus.

Contegit & Nemeæus leo.] corpus autem indutum est leonis Nemeæi pelle. In insula Nemeæa leonē occidit Hercules, cuius pellem aiunt vice thoracis induisse; vt dictum est Embl. 138. Eo autem indumento eum fuisse vsum, & talem fingi, vt homines antiqui cultus admonerentur, ait Festus lib. 14. Sed hæc parerga.

Hercules cur pingatur nudus.

Corpora nuda.] Ideo Hercule fuxerunt nudum, ad virtutem eius demonstrandam; etenim Virtus à veteribus semper nuda depingitur: ea enim non desiderat diuitias & opes, sed immortale nomen, gloriam & honorem, idque apparet ex antiquissimo monumento, in quo talis est inscriptio: Virtus nudo homine contenta est.

Non convenit illud.] non bellè videtur quadrare. Huius absurdum & ἀσφματος causam repete ex Luciano.

Quod vetus.] quod sit nimium annosus Hercules.

Tempora cana gerit.] caput canum. Efficitur tenit.

Quid quod lingua &c.] cur illi lingua eructans tenuibus perforata, quibus auditores suos retentat auribus captos?

Alicides.

Alicides.] Herculem, ab ἀλκῆς, id est, robore, vt dictum alibi.

Lingua, non robore.] viribus eloquentiæ, non corporis robore.

Iura dedisse.] leges posuisse barbaras nationes ad civiliorum cultum reuocasse.

Eloquentia vis.

Cedant arma toge &c.] νόμον & ἐξήγησιν ἢς προσηγάγας, nimirum quod Hercules hic noster (& Orator quisque) non quidem viribus corporis, sed eloquentiæ laude auditores trahat quod vix. In eo enim sunt armatis togati præ-

stantiores, quod persuadendo vincat: aded vt eloquens flectat vel maxime refractarios. Id Cicero locis quam plurimis confirmat. Nam & Orpheum aiunt citharæ dulcisonæ modulo feras & saxa mouisse: quod est referendum ad vim eloquentiæ, quam Euripides reginam, & Ennius flexanimam appellauit. Lege Valer. Max. 8. c. 9. & 10. Est autem hoc hemistichium Ciceronianum, quo se Orator ipse δημοτικός, pacis semper fuisse studiosum declarabat, de quo orat. in Pisonem, & 2. in Antonium. Versus hic,

Cedant arma toge, concedat laurea lingua.] à permulis obrectatoribus reprehensus est, quo nomine Cicero laborauit inuidia. Sed apologia hæc fuit Oratoris ex oratione contra Pisonem: Non vlla tibi, inquit Piso, nocuit inuidia, sed verus tui Nimis magna pœna, te Consule, constituta est, siue malo Poetæ, siue libero. Scripsisti enim versus, *Cedant arma toge.* Quid tum? hæc res tibi fluctus illos excitauit. At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio, quod, te Consule, in sepulchro Reipubl. incisum est, Velitis iubeatis. vt, quod M. Cicero versus fecerit, sed quod vindicaret. Verumtamen quoniam te non Aristarchum, sed Phalarim Grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malam verum, sed Poetam armis prosequare: scire cupio, quid tandem in isto versu reprehendas, *Cedant arma toge.* Tuæ dicis, inquit, toga summum imperatorem esse censurum. Quid nunc te, a fine, literas doceamus: non opus est verbis, sed fustibus. Non dixi hanc togam, qua sum amictus: nec arma, scutum, & gladium vnus imperatoris; sed, quod pacis est insigne & oris, togæ contra arma, tumultus, atq; belli: more Poetarum locutus, hos intelligi volui, bellum atq; tumultum paci atq; otio concessurum. Quare ex familiari tuo, Græco illo Poeta: probabit genus ipsum, & agnoscer, neq; nihil sapere mirabimur. At in illo altero, inquit, hæres, *Concedat laurea lingua.* Imò meherculè habeo tibi gratiam. Heretrem enim, nisi tu me expedis. Nam cum tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam è truentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abiecisti, indicasti, non modò amplissimæ, sed etiam minimæ laudi lauream concessisse, Atq; ista ratione hoc tamen in-

Versus Cicerois à multis reprehensus. Locus ex oratione in Pisonem.

celligi, seelerate, vis, Pompeium inimicum mihi isto versu esse factum: vt, si versus mihi nocuerit, ab eo, quem is versus offenderit, videatur mihi perniciis esse quesita. Omitto, nihil istum versus pertinuisse ad illum: non fuisse meum, quem, quantum potuisssem, multis sæpe orationibus scriptisq; decorassem, hunc vno violare versus. Sic Cicero. Huc respexit Lucanus, dum ait:

*Armorumq; decus praece forensibus actis:
Sic etiã magno iam nunc Cicerone vigente,
Lauræa facundis cesserunt arma togatis.*

Toga signum patris.

Togam verò Romanis signum fuisse patris, notius est, quàm vt probatione egeat: quoniam in pace tantùm vsus togæ erat, nam in bello deposita toga chlamydem fuebant, aut lenam, aut sagam. Vsum etiam togæ antiquissimum esse constat, cū ipsemet etiam Romulus ea vsus fuerit, vt scribit Plutarchus. Eius tamen variae fuerunt species. Nam Prætexta toga puerilis erat: vnde puerilem ætatem passim videas prætextaram nominari. Vnde & prætextatorum nomen apud Gellium lib. 1. c. 26. & Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 8. Solebat autem prætexta etiam purpura circumdari, ita tamen vt plebeia purpura à patricia esset distincta: erat enim illa fusca & obsoleta, non murice & cocco, sed herbarum succis infecta. At verò purpura illis prætextabatur, quorum patres magistratus ciuiles & insignes gesserant honores, vt est apud Alex. ab Alexand. lib. 5. Genial. diæ. c. 18. Ideo verò purpurei coloris prætextam fuisse Macrobius docet lib. 1. Saturn. cap. 6. vt ex purpuræ rubore, ingenuitatis pudore regerentur, & admonerentur pueri, verècundiam in omnibus dictis factisq; admandam. Quod si nuptiarum solennitatibus, de quibus apud Catullum, adhiberentur ad aliqua petulantius dicenda, prætextam in id tempus deponerent, vt scilicet prætextæ iure minimè violato. Fescennina locutione, hoc est, lasciuio sermone atque licentioso vti ipsis liceret. Pierius lib. 40. Hieroglyph. Deposita puerili prætexta, induebatur toga Virilis, quæ totum corpus tegebat, & in dextero humero fibula connectebatur aurea aut argentea, prout facultates cuiusq; ferebant. Hanc puberes iam effecti vt plurimum accipiebant: nulum enim certum tempus eius sumenda erat constitutum, dummodo post pubertatem id fieret, quippe Octauius Augustus annotam sedecim, & Caius Cæsar in vnde uigessimo, Nero autem vix pubescens togam virilem sumpsit, quo maturior imperio videretur. Atq; hanc quidem magna cum solennitate funebant, inuitatis ad eum actum cõcilio ciuitatis, amicis & cognatis: ac quilibet vnum aut duos largiebatur denarios, quod tanquam regium quoddam munus habebatur, vt Plinius Nepos narrat in quadam epistola ad Traianum scripta. Et Seneca: Tenes vtiq; memoria, quantum senseris gaudij, cū prætexta posita sumpsisti virilem togam, & in forum deductus es. Ducebantur enim in forum, indeq; in Capitolium à patre & proximis. Atque hi Tyrones, quemadmodum & dies, quo deductio fiebat, Tyrociniū dicebatur. Turnebus lib. 12. Aduerfar. cap. 6. Erat & toga Pura, quam à forensibus tyronibus sumi, & albertem amicūm Papinio nominari deprehendimus:

Prætexta.

*Nec sultem teneris ostrum iuuenile lacertis
Exiit, albertiq; humeros induxit amictu.*
Dicta toga pura, quod nullo purpuræ pre-textu distincta esset. Postremò erat & toga Picta summorum magistratum. Vique adeo verò toga Romanorum fuit propria (quemadmodum Græcorum pallium) vt qui iure ciuitatis Romani donarentur, togati esse inciperent: per togam siquidem ciuis Romanus indicabatur. Portabant autem communiter togam cœruleam, aut al-terius coloris, numquam verò atram vel pullam, nisi in funeribus: albam verò tum in primis, cū ad spectacula accederent; quo colore & Senatores utebantur, vnde & ordo candidatus dicitur: & ij, qui magistratum petebant, vnde cãidati dicti. Hic togæ vsus reliquæ adhuc videtur. Vique neta nobilitate, eo excepto, quod purpura apud eos in vsu non sit, sed ex nigro panio vt plurimum: purpura enim non nisi magistratibus ibi conceditur, hisq; insignioribus. Nuptialibus quoq; & cū primi honores, quos Procuratorios vocant, alicui deferuntur, tunc consanguineis & cognatis & affinibus licet per aliquot dies vt purpura, in lætitiæ gratulationisque significatum.
Ex his facile colligere est, quis finis, & quæ huius Emblematis sit intentio, adeo vt pluribus id amplificare videatur superfluum: nihilominus nosim transire que-
dam

Virilis

Toga pãra.

Toga picta.

Veneri Nobiles togati.

IV.

dam, quæ ad rem facere iudicavi; & primo id quod Sertius annotat. 6. Æneid. ad illud:

Locus Sev Tartareum illo manu custodem in vincula perisuit.

Quo loco ait, Herculem à prudentioribus mente magis quàm corpore fortem habitum, adeo vt duodecim eius labores ad aliquod excellens virtutum opus referendi esse videantur. Huc pertinet quod de Porphyrio eloquenti homine dixit Eunapius Sardinianus libro De vita sapientum, quo loco sumit catenam Mercutij, pro facundi & disertis hominis lingua, his planè verbis: *ὁ πορφύριος ὡς περ ἑρμαίου τις σείρα κ' ἄρδ' ἀνθρώπους ἐπινύσσα διὰ ποικίλης παιδείας πάντα ἐς τὸ ἐυνοσον κ' καθάρων ἐξήγγελλεν.* Porphyrius, vt catena quadam Mercurialis ad homines tracta, produxit omnia clarè purèq; varia doctrina arcana. Porro hanc video armorum & litterarum sicuti reipub. administrandæ rationem esse crebrò vsurpatam apud auctores bonos. Tull. i. de Offic. Non minorem utilitatem adferunt, qui reipubl. præstunt, quàm qui bella gerunt: itaq; eorum consilio sæpe aut suscepta, aut decreta bella sunt. Quare expetenda magis est decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo. Temerè enim in acie versari, & manu cum hoste configere, immane quidam est, & belluinum. Idem de aruspicum responsis vocat arma iudiciorum atque legum. Et quidem nihil æquè valet ad muniendam ciuitatem, & tuendum principum dominatum. Nec abs re laudati imperatores, qui tam Iuriconsultis quàm satellitibus stipendia præbuerunt, vt Hadrianus Cæsar, qui Iulio Celso, Saluio Iuliano, Prisco, atque Neratio plurimum vsus est. Antoninus Pius, qui Valentem, Martianum, Marcellum, Labolum coluit; & Antoninus philosophus, qui Scæuolæ consuetudinem præcipuè amauit. Itemque Alexander Seuerus, qui frequenter apud se habuit Sabinum, Paullum atque Vlpianum, vt refert Lampridius; ideo summus fuit imperator,

quod Vlpiani consilio reipub. administra ret. Pertinet huc illud Horatij in Arte:

Siluestres homines sacæ interpretisq; Deorum Cadibus & victu secundo deterruit Orpheus: Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosque leones.

Quatum possit vir eloquens.

Dictus & Amphio Thebana conditor orbis Saxa mouere sono testudinis, & prece blada Ducere quò vellet Fuit hæc sapientia quondam.

Idem lib. 1. Carm. ode 10. Mercuri facunde nepos Atlantis, Qui seros cultus hominum recentum Voce formasti catus, & decora.

More palaestra. In appendicibus Virgilianis: Threicius quondam vates fide creditur canora

Mouisse sensus acrium ferarum, Atq; amnes tenuisse vagos, Et surda cantu concitasse saxa, Suauis sonosquè modos testudinis arbores secuta.

Vmbra seruntur præbuisse vati: Sed placidis hominum dictis seræ corda mitigauit, Doctaq; vitam voce temperauit.

Iustitiam docuit, cætu quoque congregauit vno

Moreq; agrestes expolinit Orpheus. Ouidius 13. Metamorph. vbi multa introducit, quæ Vlyses in commendationem eloquentiæ contra fortem Aiacem affert, tandem concludit:

Mota manus procerum, & quid facundia possit Tunc patuit, fortisque viri tulit arma disertus.

Verinus: Nil tam difficile est, quod non persuadent; & non

Efficiat docti lingua diserta senis. Ancipitis eloquium longè penetrantius ense Hoc rabie motam sedat, & arma mouet. Cõcludit hæc omnia illud Salomonis: Vbi est sapientia, ibi est fortitudo. Vide Xenophoni, lib. 2. de factis & dictis Socratis.

Imperatores Iurisconsultorum opus est.